

Evestorbanio.

(505).  
Disce quicquid scire cupere, vto humanissime, et  
nihil in posterum patrie vel posteritati commendare  
quod a capite ad calcem non perspexeris. ergo sane  
libens meritoque reddo tibi elogia tua, quibus  
hasce mihi excipere festinasti, nihil tale mereberis:  
senties enim, ni fallor, ut cum astate vires colla-  
buntur, paulatim. τὰ ἐλάττα τῶν πρὸ τῶν χειρῶν  
fieri. Tu vale, et ut capi dicere, cautius amare  
perge.

Tuum. C. Huguenium:

7. Octob: 1667.

Grutero.

Doctissime Grutere.

(506).

Querculo, quem explicari cupis, causam et argumentum  
dedit, Halo, sine Corona, quae circa Solem apparuit  
eo ipso momento et loco, quo S. P. Q. Aransionensis  
sacramentum publicè Principi dicturus, conven-  
erunt, ut hoc fuisse narratum Historia eorum, quae  
a me Aransii gesta sunt Anno MDCLXV. ibidem Gallicè  
scripta, hic excusa. Christiani mei nullum unquam  
Poema exstitit, neque illi studio unquam ille addictus  
fuit. Capellanus Puellae Auxelianensis Historiam  
terminis Gallicis prosequitur. Raptim Haga Com:  
Prid: Cal: Dec: 1667.

Doctori Joanni  
Wallisio.  
Oxonie.

Amplissime Doctissimeque Vir.

(507).

De tot humanitatis vestrae officiis, quibus me indignum  
hospitem exceperitis, cum ante triennium ad vos excur-  
rerem, præcipuum illud existimavi, quod rogare  
me et quidem serio, ut videbatur, dignati estis, ut  
opusculorum, quae in lucem subinde aliud agens dedi-  
enemplaria Illustrissima Vestrae Bibliothecae sinerem  
inferri. Memini quidem me respondere, magnam eorum  
partem mihi vernaculam esse, vobis barbaram. non  
destitisti tamen ab incepto: ut qui complurimum lucu-  
brationum exoticarum copiam in illo omnis disciplinae  
et eruditissimi horreo dicebatis asservari. Parum itaque  
et recepi facturum me, quod hodie præsto, non expecto  
ut quærat, quam obrem toto triennio malum nomen  
fuerim, dicant hoc dissidia nostra, et acerima,  
et pudentissima fratrum odia, quibus invicem nos  
laceratum inimus. Nimirum Vir amicissime ne  
ins

in amicorum numero essetis mihi, neque Regnorum  
 vestrorum neque hujus Republicae ratio passu est. quod  
 felix, faustum ac perpetuum sit, desideravit ille, actus,  
 et ut voveo speroque, amantiunq; ira amoris redintegratio  
 erit. Redeo itaque ad vos eodem vultu atque animo, quo  
 ante non solos tres, sed et pene quinquaginta annos Oxonios  
 colles salutavi. Accipite rogo constantis amicitiae lentes  
 tesseras, quando hoc voluistis, par est quid intrinsece, etiam  
 vos exedere. Mihi non exiguum operae pretium erit,  
 in turba tot insignium virorum vestra auctoritate cense-  
 nisi quidem vos oblatis loculi in illo Theatro tandem  
 caeperit pariter; quod si factum est, queso et obtestor per-  
 candoreno vestrum ne id latere sinatis. Invenem hunc  
 meum e sorore nepotem, qui his munusculis passus est  
 se onerari. Non gravabitur auctori reportare, si quid  
 vobis agnouerit animis gratum esse. Ipsum interea  
 vestrae omnium comitati ex animo commendo. Tuae  
 imprimis, Mi Wallisi, et excellenti Collegae Bibliothecario  
 vestro. Festit in magnorum virorum amicitias et  
 consortia admitti. et, si qua fides Arunculo, sua vir-  
 tute, doctrina, morumque suavitate ac modestia  
 invenietur illis non indignus. Vale vir maxime  
 et me ama, quasi nunc ex postliminio. Scrib: Haga  
 Com: Calendis nostris Quintilibus CIDIDC LXIX.

Schurmannae

Nobilissima Domina.

(508).

Si quid tibi in me fiducia est, scribe tui gregis hanc:  
 Matrona est Pietate, natalibus illustris, Uxor Berthol-  
 feri viri eruditi, Cestri Arausionensis vice praefecti.  
 Nohuit e Belgio discedere se insalutata Belgii principio  
 ornamento; hanc sola de causa ad vos excurrit, dum  
 se itineri accingit pastor Ecclesiae Gallicae Delphensis,  
 quo comitata Genevam, ni fallor, inde Arausium  
 profectura est. de forma, virtute, facundia, modestia  
 elegantissime mulieris nihil addo: tute perspicies,  
 neque vero momentum otii suppetit. Vale in  
 praesentia distracto. Vale nostrum decus et ama  
 semper tuum.

13 Junii 1669.

Schurmannae.

Nobilissima Domina

(509).

Quae me dicebam de voce gestuque oratorum nostrorum  
 Lusise, et ea quam obi cane pejus et angue, ineptissima  
 in